



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. VI. de Reservatione benef. Cubiculariorum & Cursorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

ante illius acceptionem, seu ratificationem cap. si tibi absenti, ibi, ut tuum in
curialiter non acquiras de prabend. in 6. & ibi Franciscus. Ant. Faber d. lib. 1. desinit.

19. Declaratur autem hac acceptatio expressè & tacitè, ut latè apud Man-
dolum in Reg. 32. quest. 27. num. 3. & Hieronym. Gonzalez ad Regul. 8. gloss. 12
77. num. 23. & seqq. Sed illis ommissis, dicitur expressè fieri acceptatio, quan-
do is cui facta est collatio illam certò acceptat, vel per seipsum, suamque
propriam declarationem, vel per suum procuratorem ad id speciale man-
datum habentem. Requiritur enim hoc casu DD. mandatum speciale ad 13
acceptandum, propter onus & gravitatem negotii, quo contrahitur ma-
rimonium spirituale inter beneficiatum, & Ecclesiam, ad instar matri-
monii carnalis, in quo opus est speciali mandato cap. ult. de Procur. Conar-
v. resol. lib. 3. cap. 16. Tacitè verò declaratur beneficii acceptatio, si be- 14
nificiatus post obtentam canonicam collationem, inceperit beneficium
administrare, illius bona elocare contra possessores honorum agere, sic
enim censetur satis suum animum & consensum manifestare, & collatum
beneficium amplecti, Tiraquei. in tract. de jure consil. poss. limit. 30. num. 11. &
seqq.

Pro loco ubi est Papa) Curiam Romanam hic nonnulli accipiunt pro
loco ubi est Papa ut hic nosser, & cum illo Sarnen. ad regul. de Trienniali quest. 17.
res. Sed antequam Ribuff. in Concord. forma Mand. Apost. verbo Extra Romanam 15
Curiam, alii verò Curiam ibi esse dicunt, ubi est caussarum & litterarum
Apost. audientia licet ibi non sit Papa Sarnen. in reg. de Verisimili questione 7.
Clem. de Romani §. sanè de Electio. ibi Bonifac. & Card. Verum Nicol. Gar-
cia. tract. de benef. part. 5. cap. 5. §. 7. postposita istorum opinione dicit in
terminis hujus Reg. tunc dici transferri Curiam cum Papa vadit cum Can-
cellaria & tribunalibus suis ad aliquem locum: Nam quando Papa tantum
aliquò vadit, non dicitur transferri Curia, sed Papam ire ad talem locum
sicut quando Clemens v. ita. petiit Ferrarium, & sic beneficia illorum qui
Papam sequentes ultra duas Dioceses decederent non essent reservata inquit
Guz. per hanc regul.

EGLIA
ARIVM
VTARUM
GVLAS
LARIUM
OLICE
ET DE MARE P...
III
3

IN REGVLAM VI. ARGVMENTA.

- | | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------|
| 1. Beneficia Officialium Papæ etiam
caussa honoris, an censentur Pa-
pæ reservata? & n. 4. | 2. Capellanus Papæ est exemptus ab
Ordinario etiam si actu non exer-
ceat officium suum.
H 3 | 3. Cubi |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------|

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------|
| 3. Cubicularii extra muros, nec cursores sunt continui Commensales Papæ. | 6. Conclavistratum beneficium reservata. |
| 4. Cubiculares extra muros sive honoris an sub hac reg. comprehendantur. | 7. Officiales Papæ & curiales an exempti à jurisd. ordinaria. |
| 5. Reservatio est odiosa nec inducitur nisi in casibus expressis. | 8. Cursores ad effectum hujus Regule qui? |

REGVLA VI. INNOCENTII,

RESERVATIO BENEFICIORVM CVBICVLARIORVM ET CURSORVM.

Item reservavit omnia officia Cubiculariorum & Cursorum suorum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

- A** *I*sta regula dicit quod reservat Papa beneficia cubiculariorum & cursorum suorum: Et debet intelligi de cubiculariis extra muros qui non sunt commensales sui, quia alias non esset dubium: Nam regula tertia dicit de familiaribus commensalibus, &c. ex quo sequitur quod beneficia officialis Papa etiam casu honoris censentur reservata & ad hæc allego glossam mihi singularem juncto in 2^a in a. h. Ut ordinariæ præfecturæ §. 1. col. v. perquam glo. dicitur quod Capellanus honoris Papæ est exemptus ab ordinario, etiamsi non exercet officium suum, & idem dico de cubiculario ut hic & hoc etiam vult decisio Rotæ novis CCIII. quæ incipit: Item licet juxta ordinationem. Item ex ista regula juncta regula tertia sequitur quod nec Cubicularii extra muros nec cursores sunt continui commensales Papæ: quod valet ad prærogativas familiarium continui commensalium & quo ad expeditionem gratis, & quod valet argum. à comparatione duorum jurium vel duarum regularum facit glo. notabilis in l. prospexit ff. de leg. quib. & not. Bald. in l. Gallus §. penult. ff. de liber. & posth. ergo &c.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER.

Cubicularii extra muros) Aliud hodierno jure. Nam post constitutionem LEONIS X. editam anno 1415. de qua in Bullario num. 14. in S. 4. Etne Apostolicorum, &c. qua ad certum numerum redacti sunt cubicularii Papae, suntque circumscripti alii Cubicularii extra muros sive honoris, certum est ad effectum hujus Regulae non comprehendi istos Cubicularios prout etiam resolvit Rota, apud Mohedanum decis. 90. alias 2. num. 10. de Probation. & Put. decis. 13. tit. de Prabendis in M. S. ex quibus etiam dixit Rota quae extat apud Farinacium decis. 691. coram R. P. D. Lancellotto S. R. E. Cardinali meritisimo in una Seguntina Archidiaconatus & Canonicatus 19. Martii 1601. non esse reservatos Archidiaconatum & Canonicatum vacantes in Ecclesia Seguntina de Menle Augusti (Episcopo alternativa gaudente) per obitum quondam D. Petri Sylva extra curiam defuncti, quamvis condebat dictum Petrum fuisse Cubicularium honoris SIXTI V. & Feudum de caneva, sive partem (ut loquimur) in Palatio habuisse. Nam cum reservatio sit odiosa glo. in. cap. presenti, verbo, sinitur de off. leg. in 6. Cassad. decis. 2. num. 5. de reservat. eaque non inducatur nisi in casibus expressis Cassad. decis. 2. num. 9. de Reservat. non potest dici Cubiculariorum ejusmodi beneficia esse reservata, cum id nullibi cautum reperitur non in constit. PAULI III. non in bulla Julii III. non denique in hac Reg. VI. & in dicta decisione Seguntina fuit etiam dictum non intrare in calu praeactio reservationem Reg. III. ut nec constitutiones 78. & 79. PAVLIII. & Constitutionem 44. Julii III. qua de re plura videto apud Farinacium decis. 691. & Nicolaum Garciam in tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 5. num. 191. ubi producit dictam Rotae decisionem: juxta quam cum de mense Decembri 1603. vacasset Archipræsbyteratus Segobien. per obitum D. Alphonsi Perez, qui fuerat Cubicularius, seu Camerarius honoris CLEMENSIS VIII. fuit per D. Petrum de Castro Episcopum Segobien. datus ipse nepoti D. Petro de Castro, qui adhuc est in illius possessione, & ita fuit observatum in impetratione Concordatorum Germaniae, ut in una Vicentina Mirabel coram R. P. D. Orano, de data 31. Januar. 1594. fuit decisum, teste D. Seraphino decis. 1251. num. 8. qui tamen scribit Conclavitarum beneficia, etiamsi non sint continui Papae commensales, censeri reservata, & cadere sub reservatione Reg. III. supra, idque propter bullam SIXTI V. qua declaravit dictos Conclavistas veros, indubitatosque, & non fictos familiares continuos, idque cum decreto irritanti, & elulsula

sublata

EGLA
ARIVM
TTARUM
GVLAS
LARE
OLICA
EIPPE KENO
III

sublata &c. & proinde illorum beneficia. Spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis cuius sunt familiares. Verum dicta Sixti constitutio loquitur de Conclavistis Conclavis, in quo ipse Sixtus alligatus est ad S. Apostolatus apicem; unde in aliis non habebit locum, nisi in alia similis constitutio, quam etiam de suis Conclavistis fecit S.D.N. Pius v. & Leo xi. pridie Kal. Augusti 1605.

B Est exemptus ab ordinario) Officiales Papæ, & Curiales utrumque exempti, & quid de Capellanis Legis. consule Erasmus à Chokier fratrem meum in suo tr. de Exemptionibus p. 1. q. 32. & quæ scripti supra ad reg. n. 7. & seqq.

C Nec Cursores) Cursores intelligi possunt Apparitores, qui in locis mandata officialium exequentur, ut tit. C. de Apparitoribus lib. 12. l. 1. tunc vero sollicitatores litterarum Apostolicarum, quos Janarios appellant, qui per Cancellariam cursitant pro expeditionibus Bullarum Apostolicarum: Propriè autem Papæ cursores illi sunt, qui suum habent in urbe banchum, suntque omnes penè clerici, & in clericali habitu induunt, atque de his maximè loquitur hæc Reg. teste Mandos. bis q. 1. num. 5.

IN REGVLAM VII. ARGVMENTA.

- | | |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecclesiæ Patriarchales in Urbe sunt quatuor, & cur. ita nuncupentur. | 8. Hæc regula cur condita sunt titulis Cardinalium. |
| 2. Ecclesia S. Petri an sit potior, seu principalior Lateranensi. | 10. Absentia de qua in hac reg. intelligatur. |
| 3. Papa cur Episcopus nuncupetur. | 11. Differentia inter Reservationem hujus regulæ, & reservationem sequentis Regulæ. |
| 4. Basilica quæ differat ab Ecclesia. | 12. Hujus regulæ reservatio non comprehendit beneficia vacantia in diocæsis ubi Cardinales residentialiter, sunt Episcopi. |
| 5. In Ecclesia non consecrata possunt esse beneficia. | 13. Ecclesia S. Jo. Lateranensis totius Urbis & Orbis; & quæ condita. |
| 6. Romæ sex sunt sedes, seu tituli Cardinalium. | 14. Decretum irritans in fine hujus appositum refertur etiam ad alias regulas præcedentes. |
| 7. Beneficia Ecclesiarum Urbis quia non sunt de titulis Cardinalium non sunt reservata. | |
| 8. Papa proprio jure confert beneficia in urbe existentia, nisi subsint | |